Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36484
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift



Ee

13

illu masculu & femina creauit eos. Et benedixit
illis & uocauit nomen eorum adam in die quo creati sunt.
Vixit autem adam centum triginta annis & genuit adam
in imaginem & similitudinem suam filium uocauitque nomen
eius seth. Et factus est dies adam postquam genuit
seth octingentis annis genuitque filios & filias.
Et factum est omne tempus quod uixit adam anni
nongenti triginta & mortuus est. Vixit quoque seth
centum quinque annos & genuit enos. Vixitque seth postque
genuit enos octingentis septem annis
genuitque filios & filias. Et factus est omnis dies
seth nongentorum duodecim annorum & mortuus
est. Vixit uero enos nonagintta annis & genuit
cainan. Post cuius ortum uixit octingentis quin
decim annis & genuit filios & filias. Factique
sunt omnes dies enos nongentorum quinque annorum &
mortuus est. Vixit quoque cainan septuaginta an
nis & genuit malalehel. Et uixit cainan postque
genuit malalehel octingentos quadraginta
annos genuitque filios & filias. Et factus est omnis
dies cainan nongenti decem anni & mortuus
est. Vixit autem malalehel sexaginta quinque an
nis & genuit iared. Et uixit malalehel postquam